

Lomenio.

174
(493).

Fortasse me joculari credes, Lomeni Illustrissime. Ego vero per quam serio dicturus sum quid tibi leges. Ab eo tempore quo in animum induxisti diuortium cum Musis quondam nostris facere nimis quam repentinum, colligere caepi, certe suspicari aliquando frigidius affici te commercio hominis ad ea studia suo genio propensi quae tu vel odisses, vel existimationis tuae interesse putares non videri amare, unde et sufflammandos impetus meos duces, et parcius te compellandum. Si me fefellit ratio, eue abjuro errorem, et, quod carmines non placeret, soluto sermone amicitiae meae et obsequii perennem, atque avaritiam et constantiam, si quid opus sit, demum hic confirmo. Ejus rei quod verbis fidem hincinde fecerim, nihil est quod debere te censeas nisi, ipsi tibi et veritati. Satis intelligo fortunae tuae scaphulam ut nunc est ἀντορταρμεῖν τῶν ἀνέμοις agere posse, nedum ut se erigat aduersus tempestatem et procellas; at me qui hujus fori non sum, non tangit iste turbo, et homini peregrino fas esse existimo modestè inter probos et cordatos proloqui, quid sentiat de virtute, iniquitate temporum oppressa. Vanitatem te quaesivi ante Liduum, nescio ante Liduum: nescio an retulerit pedissequi, cui id commiseram. In quocumque patriae angulo te abideris, habebis me animo et affectu viae vitaeque comitem, et ut alienis verbis absolnam, in quae hodie incidi.

Tempo, essetio, dolor, injuria, e scherno
Sveller non ti potran dal petto mio.

Vale, meum pecus, et agnosce libens animi non fucati
testem dexteram. Lutet: X111. Cal: April C1212CLXIII.

L. Hessel.

L. Hessel.
C. H. a Z.
S. P.

(494).

Intelligo multum me tibi debere eximia Adolescens quod tanto à me intervallo vissitus, non gravatus sis mei meminisse. Narro autem tibi, et d. Avias te et Matertera non minus esse obstructum, quod prudentissime causam tibi et occasionem designaverim quã